



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118294**

§. 11. Papa per Deputatos ad Synodum revocatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](#)

Sæcul. XV.  
A.C. 1415.

res, illis adjungendi, quos Joannes Papa nominaturus esset. Tandem vero Cardinalem S. Marci, & Florentinum, aliosque, qui ad hanc mandati formulam Pontifici deferendam deputati fuerant, Synodus confirmavit.

## §. XI.

*Papa per Deputatos ad Synodum revocatus.*

Vander  
Hardt p. 126  
tom. 4.

Hisce Deputatis datum est negotium, Joannem urgerent, ut vel ad Synodum rediret, vel infra bidui spatum Ulmam, Ravenspurgum, aut Basileam sibi feligeret, eoque sepe, præstituto decem dierum termino, conserret, nec inde recederet, donec unionis negotium, in quantum ab illo dependeret, absolutum esset. Si vero recusaret, se ab eo exacturos Bullam, in qua se Papali dignitate exutum declararet. Sanctum quoque, illico contra ipsum tanquam schismaticum, & hæreticum notorium juxta legis rigorem procedendum, si hasce conditiones sibi oblatas acceptare renueret. Nihilominus Synodus, antequam ad hæc extrema perveniret, Joannis responsum expectandum censuit, & Deputatorum discensum omnino differendum, eoque a Duce Austriæ, per cujus ditiones transire debuerant, ne cum liberi commeatus literas

teras accepissent. Quæ cum justo diu- Sæcul. XV.  
A.C. 1415.  
tius retardarentur, Papa collusionis cum  
Duce suspicionem incurrit. Quapropter  
Synodus Joannem publice citandum de-  
crevit, nisi ante proximam Sessionem de-  
sideratae literæ mitterentur.

### §. XII.

#### *Securitatis sponsio a Synodo Hierony- mo Pragensi facta.*

In eadem Sessione prælegebantur publi- Idem pag.  
106.  
cæ fidei literæ, quas Nationum De-  
putati ad preces Hieronymi Pragensis  
jamjam die undecima Aprilis confece-  
rant, quæ tamen citationis edicto magis  
erant similes quam securitatis literis;  
quippe Hieronymus intra terminum quin-  
decim dierum absque ulteroire moni-  
tione comparere, atque ad quæstiones  
super doctrina sua proponendas responde-  
re jubebatur. In iisdem quoque hæc le-  
gebantur verba: *Ad quod a violentia, ju-  
stitia semper salva* (nempe si Hieronymus  
hæresin aliquam defendere deprehende-  
retur, tamen eam vel abjurare, vel si re-  
nueret, poenæ subjacere deberet,) *omnem  
salvum conductum nostrum, quantum in no-  
bis est, & fides exigit orthodoxa, præsen-  
tium tenore offerimus.* Hæc clausula: *Salva  
&c.* in securitatis literis Joanni Husso  
datis expressa non legitur.

### §. XIII.